Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Hiericho · l ·

Hiericho olim regalis civitas et famosa / nunc in parva villam redacta / In loco pulcherrimo et ubertrime atque in valle Jordanis sita / Vix octo habens domos / et omnia monimenta sacrorum locorum in ea ferme penitus sunt deleta / legitur dominum multa fecisse in Jericho / Cuius muros miraculose destruxit Josue reedificanti maledictum dedit / De hac Jericho fuit Raab meretrix / Et in ea in domo Zachei Christus hospicio fuit receptus / Ex hac civitate Helizeum prophetam deludentes fuerunt ab ursis devorati / Et prope eam duorum cecorum illuminavit etc. Fuit autem prope hanc civitatem olim opobalsamum cuius de cuius amenitate scribit Justinus abbreviator Trogi pompeii / Est namque vallis que continuis montibus velut muro quodam ad instar hortorum clauditur / spacium loci ducenta milia iugera nomine hiericho dicitur / In ea silva est et ubertate et amenitate insignis / Siquidem palmeto et opobalsamo distinguitur / Et arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent nisi quod sunt humiles magis / et in vinearum more excoluntur / Quippe cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit ibi tepida aeris naturalis quedam ac perpetua opacitas inest



Cum helias iter faceret cum discipulo suo helizeo / Venientes ad Jordanis flumen percussis aquis pallio helye facta via per medium transierunt / Quo transacto dixit helias heliseo ut peteret quod vellet antequam tolleretur ab eo / Qui postulavit duplicem spiritum eius id est in faciendo mirabilia et prophetando / Respondit que ei sic hoc recepturum si eum videret cum tolleretur ab eo / Sermocinantibus autem simul apparuit currus igneus cum equis igneis / in quo helyas ascendens assumptus est in celum id est in paradisum terrestre / Ubi vivus permanet cum Enoch usque ad tempora antichristi / contra quem descendet ad pedicandum / Helyzeo autem vidente et clamante pater mi pater mi currus Israel et auriga eius Et accepit quoque pallium helie quod ei ceciderat / et revertens ad Jordanem tangendo ipso pallio secunda vice aquas divise sunt / Veniens autem ad habitandum in Jericho aquas ad preces habitatorum loci sanavit aquas pessimas illius loci misso in eis vase novo fictili cum sale in eo · Et exinde cum ascenderet bethel · deridentibus eum pueris et dicentibus / Ascende calve maledixit eos / post quod duo ursi de saltu egressi laceraverunt xlii ex illis pueris / hic autem helias thesbites maximus prophetarum sui temporis per hoc tempus ab hominibus est ablatus / Cuius finem nemo cognovit / hic multis miraculis quo advixit claruit / Atque sic ignis ardens totus erat / ita et verba eius quasi facula ardebant / Tandem a domino (ut dictum est heliseo vidente) per turbinem in celum vectus est / Relicto in eius loco heliseo propheta



hi [illegible] hi
habent
[illegible]
que